UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioannis Polanci Societatis Iesv Theologi, Directorivm Breve, Ad Confessarii, Ac Confitentis Mvnvs Rectè Obeundum

Polanco, Juan-Alphonso de

[Köln], 1617

De suspensione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41600

Visual Library

nes vel alios authores ei recurrere, vel certè peritiores conſulere licebit.

De ſuſpenſione.

SVſpenſio eſt cenſura Eccleſiaſtica, inhabilitans ad executionem ordinum, officiorum, vel iuriſdictionis, ex aliquo impedimento prouenienſ, ex inſtitutione Eccleſiæ habet robur: & quamuis pęna ſit potius quàm culpa, communiter tamen propter peccatum incurritur.

Suſpenſio quid ſit.

Qui ſuſpenſus eſt à pontificialibus, non poteſt quæ ſunt pontificialia. Qui ab ordine tantùm, nõ poteſt ea quæ ſunt ordinis; ſi à iuriſdictione tantum, nõ poteſt quæ ſunt iuriſdictionis: ſi ab vtroque neutrum poteſt. Si eſt ſuſpenſus ab officio, & beneficio, non poteſt agere nomine proprio tanquam beneficiatus: nec debet habere redditus, licet mediocrem ſuſtentationem habere poſſit, ſi aliunde non habeat vnde viuat. Suſpenſus à iure etiam propter defectum corporalem, vel ab homine, debet abſtinere ab officio etiam poſt contritionem & confeſſionem, quouſque relaxata fuerit ſententia: alias ſuſpenſus à diuinis, vel oficio, vel cebra-

Suſpenſio à pontificalibus.

Suſpenſus ab officio.

Suſpenſus ſi cõtra facit mortaliter peccat.

Minoribus ſuſpenſis.

lebratione, ſi contra faciat, mortaliter peccat.

Suſpenduntur & maiora, & non contra.

Cùm minora interdicuntur, maiora intelliguntur interdicta, non vice verſa: vt ſuſpenſus à ſubdiaconatu interdicitur à ſuperiobus ordinibus, ron è contrario.

Suſpendere quis poſſit.

Quicunque poteſt cogere per cenſuram Eccleſiaſticam, poteſt ſupendere, excommunicare, & interdicere, & qui poteſt excommunicari, poteſt ſuſpendi, & debet fieri inſcriptis ſuſpenſio monitione præmiſſa, quando fit propter contumaciam, non autem ſi feratur in pœnam delicti commiſſi.

Conditioni in ſuſpenſione ſatisfiat tollitur & ſuſpẽſio.

Quando in ſententia ſuſpenſionis dicitur: Donec ſatisfecerit, &c. adueniente conditione, non indiget alia relaxatione, ſicut excommunicatio.

A ſuſpẽſione quis abſoluat. Abſolutio à ſuſpenſione.

Suſpenſus à iure, poteſt ab Epiſcopo abſolui, niſi canonis conditor ſibi reſeruet, vel niſi ſit ſuſpenſus propter peccatum, à quo non poteſt ipſe abſoluere. Si verò ab homine ſententia eſt inflicta, abſoluet qui eam tulit, vel ſuperior: & abſolutio fit ſolo verbo Reuoco, vel remoueo, vel abſoluo à tali ſententia: quia non habet propriam formam.

Caſus

Caſus perm
ritur ſuſpenſio
natus notoriu
ptio duelli à
iam ordinati e
ſcopo non ſuo
Suſpenduntur
aliis, qui ple
tum, videat ca
qui collegerur
lat peritos.

I

INterdictum
dam prohib
vel Eccleſia,
adminiſtratio
uinorum offic
cutio aliquor
Et quando
tualia, dicitur
tantum, dicitu
cale tantum, p
perſonale ſimu
liqua vrbs loc
cum vtrumqu
locale & perſo
Quodlibet
tale, vt cum i

Caſus permulti ſunt in quibus incurritur ſuſpenſio, inter quos eſt concubinatus notorius clerici, oblatio vel ſuſceptio duelli à clerico. Suſpenduntur etiam ordinati extra tempora, vel ab Epiſcopo non ſuo, vel excommunicato, &c. Suſpenduntur & ſimoniaci. Sed de his & aliis, qui pleniorem deſiderat tractatum, videat canones, vel aliquem ex his qui collegerunt (vt Syluester) aut conſulat peritos.

Caſus in quib. incurritur ſuſpenſio.

De interdicto.

INterdictum Eccleſiaſticum eſt quædam prohibitio, qua in aliqua terra vel Eccleſia, vel perſonis, interdicitur adminiſtratio Sacramentorum, vel diuinorum officiorum celebratio, ſeu executio aliquorum ſpiritualium.

Interdictum quid ſit.

Et quando prohibentur omnia ſpiritualia, dicitur ſtrictum: quando quędam tantum, dicitur largum. Triplex eſt, locale tantum, perſonale tantum, locale & perſonale ſimul. Et cum interdicitur aliqua vrbs locale: cùm clerus perſonale: cum vtrumque vrbs & perſonæ, dicitur locale & perſonale ſimul.

Interdictum triplex.

Quodlibet iſtorum duplex eſt: generale, vt cum interdicitur tota vrbs, vel

Aliud generale aliud particulare.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN